

Universitätsbibliothek Wuppertal

Renati Des-Cartes Principia Philosophiae

Descartes, René
Amstelodami, 1664

Inhaltsverzeichnis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1384](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1384)

Synodi sententiâ negantem ejusdem causæ partem publice sustinuerit, non ut aliquos defenderet, sed contra ut infamaret, solusque plus auderet quam tota Synodus Gallo-Belgica. Nec putandum est ipsam neganti parti magis quam affirmanti fuisse, ex eo quod consilium dederit pro Senioribus Ecclesiæ ut extra istam controversiam ponantur; addidit enim, propter scandalum quorundam: quæ ratio, ut nempe aliis offendicula non dentur, sufficere solet viris piis, ut sæpe ab iis faciendis abstineant, in quibus nullam vel minimam mali umbram suspicantur; cumque Ecclesiæ Sylva-ducensis quasi visset indiscriminatim de Sodalitio B. Virginis, ac de collegiis Canoniorum aliisque Sodalitiis ab aliquibus sanctis denominatis, qualia multa in his regionibus, sine ullius offendiculo, habentur, Synodus ei respondens non significavit esse ullum discrimen inter causam illius Sodalitii & aliorum, ut neque etiam ullum ullius momenti ex toto Voetii libro colligi potest: etsi hæc alia isti scandalo quorundam minus sint exposita, quia jam longo usu recepta. Denique post librum de Confr. Mar. residuum libri de Phil. Cart. typis mandatum est, quo viso ad ipsum etiam aliquid respondendum esse duxi: atque ita quod tantum epistolam fore putabam paulatim ob copiam materiæ in librum excrevit. Hunc autem in novem partes distinxi, ut singula seorsim legi possint, & ita prolixitatis tedium minuatur.

In prima respondeo ad libri de Philosophiâ Cartesianâ introductionem, in qua author mea vitia summam voluit recensere. Pag. 1

In secunda remunerò dominum Voetium narratione quorundam ejus factorum, ex quibus ipsius virtutes primum nosse cœpi. Pag. 16

In tertia primum & secundum caput ejusdem lib. de Phil. Cart. percurro. Pag. 21

In quarta meam de usu librorum & doctrinâ Voetii sententiam expono. Pag. 23

In quinta breviter ago de reliquis istius libri capitibus usque ad paginam 144, sive de duabus primis ejus sectionibus. Pag. 35

In sexta librum de Confraternitate Mariânâ examino. Pag. 40

In septimâ quid meritis sit dominus Voetius, & quale specimen charitatis Christianæ ac probitatis libro isto exhibuerit considero. Pag. 62

In octavâ revertor ad librum de Phil. Cart. ejusque præfationem (quam antea non videram) tertiam sectionem refuto. Pag. 81

In nonâ ad quartam & postremam ejusdem libri sectionem respondeo, & simul ostendo ejus auctores atrocissima ac plane inexcusabilis calumniæ reos esse. Pag. 93